

prænuñtiata oracula. Tu verò, mihi carissime, vim ditorum considera, ut Sacramentorum eventum assequaris. Ecce enim ceu thronus sublimis et elevatus ob ejus gloriam, qui est fabricatus, Virgo Mater Regi Domino Sabaoth spectatissima illic statuitur. Super illo nunc ad te venientem in carne Dominum perspic. Super illo virginali, inquam, throno eum venerare, qui novam hanc, omnibusque laudibus prosequendam ad te perfectionem adornavit. Tu. *¶* Quid Michael. p. 504.

LECTIO 3.

Itaque eduxit Propheta Virginem ex Nazareth, ut in Bethleem fetum illum salutarem eniteretur: eandemque iterum propheta reduxit, ut spem vitæ mundo manifestaret. Solvens igitur Dei arca ex Bethleemico diversorio: illic enim solvit legem quadraginta dierum: non justitiæ sed gratiæ debitum, requievit in montibus Sion, accipiensque castissimo sinu, tanquam sublimi quodam, et humanam omnem naturam superante, throno, regem illum omnium. Illum, inquam, eodem Deo et Patri thronum sublimem Filium, nec ipso excedentem: unâ illic cum assumptâ ex ipsâ inlemeratâ carne eidem præsentavit. Tu. *¶* Credo aller. p. 504.

LECTIO 6.

Ascendit in templum sacra Mater, novum legi exhibitura miraculum, prolemque diu quesitam, quæ nimirum virginealem vulvam aperuit, nec tamen virginitatis clausura dirupit: prolem lege superioriorem, quæ tamen legem implevit: prolem ortu priorem, posterioremque: prolem denique ex ipsâ incarnatam supra legem naturæ. Ascendit igitur in templum illa templo celsior, cuplicem induta gloriâ: intermatæ,

inquam, virginitatis, et ineffabilis fecunditatis: legis benedictionem, et gratiæ sanctificationem. Tu.

¶ Iste ad. p. 505.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam. LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turbâ, dixit illi: Beatus venter qui te portavit. Et reliqua. Homilia S. Laurentii Justiniani Ep.

Sern. de Purific. B. V.

O honor femina ac excellentia MARIE, cujus meritorum celsitudine et gratiarum opulentia stapet cœlum, natura miratur, et sancta beatorum Spirituum venerantur agmina. Lect. 8. Non enim capit polus, non concludit orbis, neque attingit creatura, quod MARIA suscepit mente, concepit in corpore, gestavit in utero, nutritiæ lacte, portavit brachiis, fovit in gremio, et est amplexata in carne. Tu.

¶ Nesciens Mater. *De Commun.*

LECTIO 8. (Lect. 9.)

Super Angelorum, Archangelorumque transcendit gratiam, quod de MARIE Carne Verbum factum est caro, quod integritate custodiâ Verum generat, fecundat Spiritus, Deum parit femina, quod sit Mater et filia, ancilla et Domina, supra legem et sub lege. Nempè supra legem fecerat gratiâ, sub lege humilitatis. Tu. *¶* Creator generis.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Giennensis ad Coronâ.

Gumpenberg. Im. 395.

Giennensis urbs in Hispaniâ inter prima ornamenta numerat hanc miraculosam Imaginem ligneam, quæ in Campo giennio intra campanam in terram defossam, Alphonsò decimo rege, inventa fuit, et à Coronâ, quam capite gestabat

coronata nomen accepit. Ex tunc jam miraculis clarere cœpit, ita ut erecti Sacelli parietes, non multo delapso tempore, vinculis ferreis captivorum qui ap ipsâ libertatem miraculosè acceperunt omninò tegebantur. Anno millesimo quingentesimo è Sacello factum templum, cui Carmelitarum cœnobium fuit adjunctum, accursum auxit, sed auxit quoquè Deipara gradias. Stetit hoc cœnobium usque ad annum millesimum sexcentessimum vigesimum primum quò annunte Episcopo, patres propter aërem gravem unâ cum sacra Imagine in urbem migrarunt, ubi in hunc usque diem honores suos accipit. Tu. Te Matrem.

Ad Benedict. ant. Vidi puerum JESUM, sedentem super solium Beatæ Virginis, excelsum virtutibus, et elevatum meritis.

Cum secund. Vesper.

FESTA FEBRUARI.

DIE I. FEB.

VIGILIA PURIFICAT.

Simplex.

Omnia ut in feriali Offic.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 1. c. 2. 23.

Scriptum est in lege Domini: quia omne masculinum adaperiens vulvam, Sanctum Domino vocabitur. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosii Episcopi.

Super Luc. libr. 2.

Partum ipsum Virginis esse, qui lege signetur, in eodem modo ab Angelo repetita verba declarant: quia quod nascetur, inquit, Sanctum, vocabitur Filius Dei. Non enim virilis coitus vulvæ virginalis præcepta reseravit; sed immaculatum semen inviolabili utero Spiritus San-

ctus infudit: solus enim per omnia ex natis de femina Sanctus Dominus JESUS, qui terrænæ contagia corrumpela immaculati partus novitate non senserit, et cœlesti majestate depulserit. Tu. *¶* de feriâ.

LECTIO 2.

Nam si literam sequamur, quomodo sanctus omnis masculus, cum multos sceleratissimos fuisse non latet? Nunquid Sanctus Achab? Nunquid Sancti Pseudopropheta; quos ad Eliæ preces ultor cœlestis injuriæ ignis assumpsit? Sed ille sanctus, per quem figuram futuri mysterii pia legis divinæ præscripta signabant: eo quod solus sanctæ Ecclesiæ Virginis ad generandos populos Dei immaculatæ fecunditatis aperiret genitale secretum. Tu. *¶*

LECTIO 3.

Ille ergo solus aperuit sibi vulvam. Nec mirum: qui enim dixerat ad Prophetam: priusquam te formarem in utero novi te: et in vulvâ matris sanctificavi te. Qui ergo vulvam sanctificavit alienam, ut nascereetur Propheta, hic est, qui aperuit Matris suæ vulvam, ut immaculatus exiret. Tu. *¶*

Preces.

Oratio.

Da, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui tantam Genitricis tuæ Sanctissimæ prævenimus solemnitatem, celestibus donis ad eam ritè celebrandam præveniamur. Qui vivis.

Ad Horas omnia de feriali Offic. Vesperæ de sequenti.

DIE II. FEB.

PURIFICATIO B. MARIE V.

Dupl. 1. Class. cum Oct.

IN I. VESPER.

Ant. 1. Gaude et letare, filia Sion: ecce Rex tuus et Deus tuus in medio tui.

Psalm. de 1. Vesper. Solemnit.
2. Egreddimini et videte Regem vestrum, pendentes ab ubere Matris sue.

3. Viderunt eam Filie Jerusalem, et beatissimam prædicaverunt.

4. Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri.

5. Aperite portas, et ingredietur gens sancta, puer Deus, virgo Mater, homo justus.

CAPITULUM. Luc. 2. 23.

Scriptum est in lege Domini: omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur.

¶ Adorna thalamum tuum, Sion, et suscipe regem Christum: Quem Virgo genuit, Virgo peperit, Virgo post partum, quem genuit, adoravit, ¶ Amplectere MARIAM, quæ est cælestis porta: Ipsa enim portat Regem gloriæ, novi luminis. —Quem.—Gloria.—Adorna.

In diebus infra Oct. §. omittitur.

HYMNUS 193. Brev. Paris.

Stupete gentes, fit Deus hostia:
Se spontè legi legifer obligat:
Orbis Redemptor nunc redemptus,
Seque piat sine labe Mater.

De more matrum Virgo puerpera
Templo solutos abstulit dies:
Intrare Sanctum, quid pœvabas,
Fœcla Dei prius ipsa Templum?
Arâ sub unâ se vovet hostia
Triplex: honorem Virgineum im-
molat

Virgo Sacerdos, parva mollis
Membra puer, seniorque vitam.
Eheu! quol enses transadigunt
tuum

Pectus! quot alitis nata doloribus,
O Virgo! quem gestas, cruentam
Imbuet hic sacer Agnus Aram.
Sit summa Patri, summaque
Filio,

Sanctoque compar gloria Flamini:
Sanctæ litemus Trinitati

Perpetuo pia corda cultu. Amen.

¶ Exulta et lauda, habitatio Sion.

¶ Quia magnus in medio tui Sanctus Israel.

Ad Magnificat. ant. Postquam impleti sunt dies purgationis MARIE, tulerunt JESUM in Jerusalem, ut siserent eum Domino.

Oratio de Laudibus.

Completor. de Domini.

Sequens Doxolog. dicitur per totam Octav.

JESU tibi sit Gloria,
Quem Virgo Patri consecrat,
Cum Patre et almo Spiritu
In sempiterna sæcula. Amen.

Hodiè post Complet. incipitur dicere antiph. Ave Regina color. et dicitur usque ad Pasion.

AD MATUTIN.

Invitator. Christum MARIE Filium hodiè in templo præsentatum, ¶ Venite, adoremus.

HYMNUS 194. Brev. Paris.
Virgo latentis conscia Numinis,
Demissa vultus, quem peperit Deum,
Hunc gestat ulnis: pauperumque
Munera fert: teneras volucres.

Ille omnis ætas, omnis est astilit
Sexus, propinquo Numine plenior:
Omnes anhelantis tot annos
Nunc fidei pretium reportant.

Tristes tot inter magnanimo,
Deus,

Tibi litabat firma silentio
Verbi silentis muta Mater:

Cuncta animo penitus premebat.
Sit summa Patri, summaque
Filio,

Sanctoque compar gloria Flamini:
Sanctæ litemus Trinitati

Perpetuo pia corda cultu. Amen.

IN I. NOCT.

Ant. 1. Offer Filium tuum, * Virgo sacrata, et benedictum fructum ventris tui Domino præsentata.
Psalmi de Dominica.

2. Offer, Virgo Mater, * ad nostrum omnium reconciliationem Hosiam Sanctam, Deo placentem.

3. Ominò * acceptabilis Deus Pater oblationem novam, et pretiosissimam hostiam tuam:
¶ Viderant oculi mei.

¶ Salutare tuum, Domine.

De libro Levitici.

LECTIO 1. c. 12. 1.

Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel, et dices ad eos: Mulier, si suscepto semine, peperit masculum, immunda erit septem diebus juxta dies separationis menstrua. Et diè octavo circumcidetur infantulus; ipsa verò triginta diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne Sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium, donec impleantur dies purificationis. Tu.

¶ Adorna Sion thalamum tuum, et prepara le in occursum Dei tui: * Ecce Rex tuus venit tibi justus et Salvator.

¶ Hosanna Filio David Benedictus qui venit in nomine Domini. —Ecce Rex.

LECTIO 2.

Sim autem feminam peperit, immunda erit duabus hebdomadibus, juxta ritum fluxus menstrui, et sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Cumque expleti fuerint dies purificationis suæ pro filio, sive pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, et pullum columbæ, sive turturam pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonii, et tradet sacerdoti. Tu.

¶ Substitit Virgo adducens manibus Filium ante luciferum genitum: * Quam accipiens Simeon in ulnas suas prædicavit populis Dominum eum esse vitæ et mortis.
¶ Responsum accipit Simeon à

Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini.—Quem.

LECTIO 3.

Sacerdos offeret illa coram Domino, et orabit pro eâ, et sic mundabitur à profusio sanguinis sui. Ista est lex parentis masculum aut feminam. Quod si non inveniit manus ejus, nec polnerit offerre agnum, sumel duos turtures, vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, et alterum pro peccato: orabitque pro eâ sacerdos, et sic mundabitur. Tu.

¶ Cum inducerent parentes ejus et facerent secundum consuetudinem templi pro eo: * Simeon accepit eum in ulnas suas. ¶ MARIA autem conservabat omnia verba hæc confers in corde suo.—Simeon.—Gloria.—Cum. *In diebus infra octav. Simeon.*

IN II. NOCT.

Ant. 1. Ominò tunc * erat una Christi et MARIE voluntas: unumque holocaustum pariter offerebant.

2. Suscipe, * Sancte Pater, Filium tuum, quem Virgo concepit, et Virgo peperit.

3. Ecce venio * ut faciam voluntatem tuam semper.

¶ Sacrificium Deo spiritus contribulatus.

¶ Cor contritum et humiliatum.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

In purific. Serm. 3.

LECTIO 4.

Purificationem beate Virginis hodiè celebramus, quæ secundum legem Moysi facta est, transactis à Nativitate Domini quadraginta diebus. In lege enim scriptum erat, ut mulier, quæ suscepto semine, peperisset filium, immunda esset septem diebus, et octavo die circumcideretur puer. Dehinc ablutioni et

purificationi intenta abstinere ab ingressu templi triginta diebus, quibus expletis offerret filium Domino cum muneribus. Tu.

¶ Hodie beata Virgo MARIA puerum JESUM presentavit in templo: * Et Simeon accepit eum in ulnas suas, et benedixit Deum. ¶ Obtulerunt pro eo Domino parvulum, aut duos pullos columbarum.—Et Simeon.

LECTIO 3.

Sed quis non advertat in ipso sententia hujus initio liberam Matrem Domini ab hoc precepto? Putas enim, quia dicturus Moyses mulierem quae peperisset filium, immundam esse, non timerit super Matrem Domini blasphemiam crimen incurere, et ideò præmisserit, suscepto semine? Alioquin nisi parvituram prævidisset sine semine Virginem, quae necessitas erat, de suscepto semine fieri mentionem? Tu.

¶ Hodie senex Puerum portabat, Puer autem senem regebat. * Quem Virgo peperit, et post partum Virgo permansit. ¶ Hodie beata Virgo MARIA Deo Filium suum in templo presentavit.—Quem.

LECTIO 6.

Palet itaque quod lex ista Matrem Domini non includit, quae non suscepto semine Deum peperit, sicut prædictum erat per Jeremiam: quia novum faceret Dominus super terram: Queris quod novum? Mulier, inquit, circumdabit virum. Non ab altero viro virum suscipiet, non humanâ lege concipiet hominem: sed intra viscera intacta, et integra virum claudet, ita sanè, ut intrante et exente Domino juxta alium Prophetam, porta orientalis clausa jugiter perseveret. Tu.

¶ A saeculo non est auditum,

* Quòd virgo esset, quae peperit: quod mater esset quae virgo permansit. ¶ Sola haec est, in qua virginitas et fecunditas obviaverunt sibi.—Quòd.—Gloria.—A saeculo. *In dieb. infra Octav. Quòd.*

IN III. NOCT.

Ant. 1. Omne masculinum adaperiens vulvam erit sanctum Domino.

2. Non ingredietur mater ejus Sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suae.

3. Et deferret agnum in holocaustum, vel duos pullos columbarum.

¶ Gaude et lætare, filia Sion. ¶ Ecce venio, et habitabo in medio tui.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 22.

Postquam impleti sunt dies purificationis MARLE secundum legem Moysis, tulerunt JESUM in Jerusalem, ut siserent eam Domino. Et reliqua.

Homilia S. Hildephonsi Arch. *In libro contra eos qui disputant &c.*

Non sic completi dies purificationis dicuntur, quasi Beata Virgo purificatione egerit ullius delicti, quia peperit Dominum JESUM—Christum, ex Spiritu Sancto procreatum: sed quia ipsa sub lege erat, et Dominus JESUS—Christus sub lege factus, factus de muliere, legis præcepta et instituta verumtamen in eo servantur jure ad tempus, quousque, cessante lege, gratia succederet. Tu.

¶ Exulta satis, filia Sion, jubila, Filia Jerusalem: * Ecce Rex tuus venit justus et Salvator. ¶ Ecce enim ego adducam servum meum Orientem, et oriatur in die illa lux magna.—Ecce Rex tuus.

Bened. 8. per Octav. Cujus Purificationem.

LECTIO 8.

Et haec est completio dierum secundum consuetudinem legis, et non secundum necessitatem purificationis: quia beata et intemerata Virginitas, immaculata et incorrupta permansit, nullius coquinata sordibus. Non potest fieri juxta vocem Angeli, qui gaudium universorum affert, ut tormenta in ortu suo attulerit: inter angelorum excubias et laudes, non credo, quòd Mater gemitus, et dolores, tristitiamque Evæ contraxit. Tu.

¶ Suscipe, Sanctæ Pater, Unigenitum tuum, quem secundum legis mandatum tibi pia Virgo offert, * Quia primogenitus est Matris suae. ¶ Accipe hanc oblationem et munusculum, quod parvulus tuus hodie de sua paupertate tibi presentat.—Quia.

Loco hujus ¶. in dieb. infr. octav. dicitur. 9. ¶.

LECTIO 9.

Et ideò alia erit expurgatio illa feminarum, in qua purgabantur non minus delicta animorum, et alia purgatio MARLE, in qua non aliud quam pro mysterio consuetudo legis servatur: quia nullis egubat purificationibus, quae omnium de se purificatorem genuit incarnatum. Porrò completio dierum purificationis ejus nulla alia causa est, quam expletio et consuetudo legis. Purgatio verò et separatio aliarum feminarum multis ex causis est, in qua et vitia purgantur animorum, et vitia corporum. Tu.

¶ Adorna thalamum tuum, Sion, et suscipe Regem Christum: * Quem Virgo genuit, Virgo peperit, Virgo post partum, quem genuit audivit. ¶ Amplectere MARIAM, quae est caelestis porta: ipsa enim portat

Regem gloriae, novi luminis.—Quem.—Gloria.—Adorna. *Infra Oct. Quem.*

AD LAUDES

et per Horas Antiphona.

1. Movebo omnes gentes, et veniet desideratus cunctis gentibus.

Psalmi de Dominica.

2. Implebo domum istam gloria, quia meum est argentum, et meum est aurum.

3. Magna erit gloria domus istius novissima, plusquam primae, dicit Dominus.

4. In altari * meo sacrificaverit hodie, et offerret nomini meo oblatio munda.

5. Manus Virginis presentat hodie in altari meo placentem hostiam.

CAPITULUM. *Luc. c. 2. 23.* Scriptum est in lege Domini: Omne masculinum adaperiens vulvam Sanctum Domino vocabitur.

HYMNUS 195.

En Christus in templum venit, In cuius est templum manens: Conceptit et quae Deo, Affert Deum Patri Deo.

Unus senex hunc suscipit, Infans tamen senem regit, Qui lumen est in gentibus Sanctaeque plebis arbiter.

Hunc Anna cognoscit velus, Et voce clarâ praeclat: Prolem fidelis assertit Summo Deo Christum Dei.

Miratur in cunctis Parens, Cui lota ridet gloria: Sed ipso honorum culmine Telo doloris figitur.

JESU tibi sit gloria, Quem Virgo Patri consecrat, Cum Patre et almo Spiritu In sempiterna saecula. Amen. ¶ Lumen ad revelationem gentium.

¶. Et gloriam plebis tuæ Israel.
Ad Benedict. ant. Et erat * Pater
ejus et Mater mirantes super his,
que dicebantur de Puero: et be-
nedixit illis Simeon.

Oratio.

Familis tuis, quæsumus, Domi-
ne, celestis gratiæ munus imper-
lire, ut quibus Beatæ Virginis par-
tus extitit salutis exordium, Purifi-
cationis ejus votiva sollemnitas
pacis tribuat incrementum. Per
Dominum.

AD PRIMAM.

Ant. Movebo. Capitulum. Scriptum.
de Laud.

¶. n. br. Quæ Filium tuum ho-
diè in templo Deo presentasti.

CANON.

EX Concilio Nolaensi Quinto.
Sub S. Carol. an. 1379. p. 1. tit. 7.
463. Die sacro Purificationis
Beatæ MARIE Virginis usus ritus-
que benedictionis candelarum ce-
reorumve, cum plenus mysterio-
rum est, tum salutarium utilita-
tum... Tu.

AD TERTIAM.

CAPITULUM. Lev. 12. 4.

Omne Sanctum non tanget, nec
ingreditur in Sanctuarium, donec
impleantur dies purificationis ejus.

¶. br. In capite libri * Scriptum
est de me.—In. ¶. Ut faciam vo-
luntatem tuam.—Scriptum.—Gloria.—In.

¶. Hostiam et oblationem no-
luisi.

¶. Corpus autem aptas mihi
ecce venio.

AD SEXTAM.

CAPITULUM. Luc. 2. 25.

Ecce homo erat in Jerusalem, cui
nomen Simeon, et homo iste justus
et timoratus expectabat consolatio-
nem Israel: et Spiritus Sanctus
erat in eo.

¶. br. Simeon accepit JESUM *
In ulnas suas.—Simeon. ¶. Et be-
nedixit Deum.—In.—Gloria.—Si-
meon. ¶. Nunc dimittis servum
tuum, Domine. ¶. Secundum ver-
bum tuum in pace.

AD NONAM.

CAPITULUM. Luc. 2. 38.

Et Anna ipsa horâ superveniens
confitebatur Domino, et loquebatur
de illo omnibus, qui expectabant
redemptionem Israel.

¶. br. Erant * Pater ejus et Ma-
ter mirantes.—Erant. ¶. Super his
quæ dicebantur de Puero.—Pater.
—Gloria.—Erant.

¶. MARIA conservabat omnia
verba hæc.
¶. Conferens in corde suo.

IN II. VESPERIS.

Ant. 1. Tulerunt JESUM * in
Jerusalem Parentes ejus, ut siste-
rent eum Domino.

Psl. ut in 2. Vesp. Solemnit.

2. Obtulerunt * pro eo par-
turturum, aut duos pullos colum-
barum.

3. Ecce Simeon * venit in spi-
ritu in templum, et accepit JESUM
in ulnas suas.

4. Et Anna * prophetissa ipsa
horâ superveniens confitebatur Do-
mino.

5. MARIA * conservabat omnia
verba hæc conferens in corde suo.
Capit. Scriptum est. ¶. Adorna,
ut in 1. Vesp.

HYMNUS 196.

Quiddam antiqui cecidere quon-
dam,

Spiritu Sancto referente, vates:
Virginis partus novus id MARIE

Omne recludit.
Hæc Deum cæli Dominumque

terre
Virgo concepit, peperitque Virgo,
Virgo post partum, maculata nun-
quam

Labe pudoris.

Quem senex justus capiens in ul-
nis

Gentium lumen cecinit, diuque

Ante speratâ Simeon potius

Pace quievit.

Sis memor nostri, placidoque
vultu

Supplicum votis faveas precamus,
Mater et Virgo super astra regnans

Proxima Nato.

Sit Deo virtus, honor et potestas,
Sit salus jugis, decus et perenne:

Cuncta qui nutu creat et gubernat
Trinus et Unus. Amen.

¶. Viderunt oculi mei.

¶. Salutare tuum, Domine.

Ad Magnific. ant. Ecce positus
est * hic in ruinam, et resurrectio-
nem mullorum in Israel, et in sig-
num cui contradicetur. Et tuam ip-
sius animam doloris gladius pertran-
sibit.

Oratio de laudibus. Complet de
Dom. In diebus infra Octav. etiam
in festis, omnia dicuntur ut in die,
exceptis Psalmis et Lect. 1. Noct.
quæ dicunt, de feriâ occur. ¶. post
Cap. Vesp. omittitur.

DIE III. FEBR.

DIVÆ VIRGIN. TUNGRENSIS.

Duplex.

Omnia ut in die Purific. nisi tran-
sferatur extra Oct.

Lect. 1. Noct. fer. occur. pro
Temp. Puerper.

IN II. NOCT.

LECTIO. A.

Ex Hist. B. Virginis Tungrensis.
Tungris in Hannoniâ, anno millesimo
octogesimo primo, Kalendis Fe-
bruarii, horâ noctis undecimâ de-
posita fuit ab Angelis in horto nobilissi-
mi Domini Tungrensis Hectoris
imago beatissimæ Virginis MARIE
coram ingenti hominum multitudine

ne illic per tanti prodigii novitatem
congregata. Hector quoque in hor-
tum deductus suavissimum audivit
concentum, sed non valuit, cum
esset cæcus, lumine, quo nox cla-
rior erat die, gaudere. Cum verò
Angelorum visio evanisset, sacram
Imaginem in propriam domum vir
pius deferri jussit, ut honorificen-
tius coleretur. Tu. n. Hodie beata.

LECTIO B.

Tanti thesauri Dominus Hector in-
dignum se putans, sequenti die sac-
ram Deiparæ Imaginem ad sancti
Martini Templum transferri cura-
vit, sed cum esset nocte, et hora
undecima, apparitionis miraculum
fuit renovatum, omnibus miranti-
bus, quod etiâ tertio sequenti die
fuit repetitum, latâ iterum imagine
ad Ecclesiam, et pro tertâ vice ad
domum Hectoris, ministerio Ange-
lorum visibiliter luce coruscantium
deductâ. Tandem consulto Episcopo
loci, coram duobus legatis ab ipso
Tungrim missis, ejus decreto Dei-
paræ Imago solenni supplicatione
e domo ad templum tertio fuit trans-
lata, et sequenti nocte eadem horâ
quartâ fuit per Angelos ab Eccle-
siâ ad domum deducta. Tu.

¶. Hodie senex.

LECTIO C.

Cognitâ igitur beatissimæ Virginis
voluntate circa locum quem sibi ad
habitandum delegerat, Hector stam-
in ibi templum edificare incepit,
ministrantibus Angelis lapides, et
alia necessaria, quæ post mensem
desuere. Nondum autem Edes sa-
cra erat structa, et omnes jam ibi
refrigerium inveniebant. Alii ma-
nus, alii linguæ, alii pedum, alii
aliarum facultatum usum amissum
impetrabant: quæ prodigia usque
ad presentem diem nec finem ha-
bent. Imago sacra extat quoque
hodie incorrupta et intacta maxi-

mā cum veneratione populorum.
Tu. ꝑ. A sæculo non.

IN III. NOCT.

Si hoc festum transferatur extra octavam, dicitur homilia de Communi pro Duplicitis.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 22.

Postquam impleti sunt dies purgationis MARLE secundum legem Moysis, tulerunt JESUM in Jerusalem, ut sisterent eum Domino. Et reliqua.

Homilia S. Eligii Novomiensis Ep.

Homil. 2. de Purific.

Hæc præcepta legalia si diligenter inspiciantur, non solum Dominus JESUS-Christus, sed etiā beatissima Genitrix illius ab omni legis subjectione absolutissima reperitur. Cum enim non omnem mulierem quæ peperit, sed quæ suscepto semine pepererit, lex immundam dicat, atque his oblationibus unā cum prole mundari decernat; constat, quia non illam sub hâc necessitate stringit, quæ sine susceptione virilis seminis virgo concepit, et virgo peperit. Nequaquam ergo immunda judicatur, quæ, Sancto Spiritu obumbrante, totius munditiæ et sanctitalis auctorem genensie probatur. Tu. ꝑ. Exulta satis.

LECTIO 8.

Deniquè et ipse puer JESUS purus ab omni contagione peccati, cujus agni oblatione indiguerat purificari, qui est Agnus Dei, et qui tollit peccata mundi? Sed quòd tam illis legis Dominus, quàm et gloriosa Mater ejus, cum lege nihil deberent, spontè tamen se decretis voluerunt subdere legalibus; nobis exemplum præbuerunt quantā humilitate, quantā obedientiā Dominicis præceptis parere debeamus. Tu. ꝑ. Adorna thalamum.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Himerensibus de Consolatione.

Octav. Cajet. de Effig. Siculis.

Sacra: ædis Beatæ Virginis, quæ sub titulo de Consolatione in thermis Himerensibus colitur, hæc fuit origo. Cosmas de Agra Aromaticus, pietate in Deiparam impulsus, in pharmacia pariete Virginis Iconem purgandam curavit, festisque illi diebus, et singulis sabbatis lampadem succendebat. Ejus mulier verò filium eum peperisset, cujus coxendices, tibique erant molles, quotidie membra tam infirma oleo lampadis oblinire consueverat. Unā autem nocte, cum puer ad duodecimum annum pervenisset, ut de more metus, sequenti mane ope Virginis, membris omnibus ad eò firmis surrexit, perinde ac si nihil unquam passus fuisset. Tam illustri vulgato miraculo, affluentibus indiqùe elemosinis templum adificari ceptum fuit. Tu. Te Matrem.

Vesperæ de sequent.

DIE IV. FEB.

DECEM BENEPLACITORUM B. V.

Dupl. majus.

Non propria ut in die Purificat. nisi transferatur.

IN I. VESPERIS.

ꝑ. Deus, canticum novum cantabo tibi.

ꝑ. In decachordo psalterio psallam tibi.

Ad Magnificat. ant. Ave MARIA, alta stirps lilii castitalis, profunda viola vallis humilitatis, lata rosa campus divinæ charitatis, abyssalis fons gratiæ et pietatis, cœli ros fructifer omnis snavitatis, da nobis auxilium petentibus anxiat.

Oratio.

Omnipotens sempiternè Deus,

qui Beatam MARIAM semper Virginem multiplici virtutum spiritu decoratam, tuo munere tibi placitam, efformandis Virginum moribus formam præstitisti: concede propitius, ut qui ejusdem Sanctissimæ Virginis vestigiis insistere nitimur, tibi per ipsam in omnibus et semper placeamus, et ejus placitorum denarium tibi corde puro jugiter offeramus. Per Dominum.

AD MATUTIN.

Invitator. Virtutes sacratissimæ Virginis MARLE celebrantes, * Christum ejus Filium adoremus Dominum Principem virtutum.

IN I. NOCT.

Ant. 1. O Virgo purissima, quæ in terrâ Deum genuisti, fac nos Deum mundo corde videre.

2. O Virgo prudens et digna Mater Dei, illumina sensus et corda nostra in scientiâ Dei.

3. O Virgo humilis et Mater Verbi, fac nos dignos exaltari in supremo cœlo.

ꝑ. Deus canticum novum cantabo tibi.

ꝑ. In Psalterio decachordo psallam tibi.

Lect. 1. Noct. de Comm. festivo temp. vitæ Contempl.

ꝑ. 1. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? * Ne timeas, MARIA, quoniam invenisti gratiam apud Deum. ꝑ. Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles.—Ne.

ꝑ. 2. Cum audisset MARIA angelum, * Turbata est in sermone ejus, et cogitabat, qualis esset ista salutato. ꝑ. Ne timeas MARIA, quoniam invenisti gratiam apud Deum.—Turbata.

ꝑ. 3. Dixit autem MARIA ad angelum: * Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.

ꝑ. O humilitas admiranda, ancillam se vocat, dum Dei Mater dicitur.—Ecce.—Gloria.—Ecce.

IN II. NOCT.

Ant. 1. O Mulier verax, de quâ nata est veritas, concede, ut in omnibus servemus veritatem.

2. O mulier laudabilis, quæ Deum manifestasti in omnibus operibus tuis, fac ut omnes laudes nostræ Deo placeant.

3. O Virgo obediens, fac ut tua obedientia compenset nostram inobedientiam.

ꝑ. Confitemini Domine nostræ in citharâ.

ꝑ. In psalterio decem cordarum psallite illi.

LECTIO 4.

Ex offic. antiquo apud Schullingium. Bibliot. ecclesiast. tom. 3. p. 2.

pag. 217.

Præter virtutes, quæ in sacratissimâ Virgine interius latent, decem saltem sunt, quæ in evangelicâ ex eâ respiciuntur historiâ. Inter quas primum locum sibi vindicat humilitas, eo quòd ipsa reliquarum quædam parens sit generatioque virtutum. Undè ipsa ait: Ecce ancilla Domini. Humilitatem fides subsequitur, quæ sine humilitatis admitticulo nec acquiritur, nec habetur. Quæ quàm ingens fuerit in Virgine, apparet in Anuntiatione. Undè ad eam dixit Elizabeth: Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te, quæ dicta sunt tibi ab angelo. Tu.

ꝑ. Exurgens MARIA abiit in montanæ cum festinatione, ut salutaret Elizabeth, quæ exclamavit voce magnâ, et dixit: * Undè hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me. ꝑ. Beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi ab angelo. Undè.

LECTIO 5.

In thesauros verò virginis sapientia quis ingressus est, ut eus valeat explicare sermone? Hæc sapientia in corde ejus collecta semelipsam per ejusdem Virginis actus, sermones et mores providentiæ sagacissima, circumspeditione cautionsissima, et dispensatione moderatissima exercens fecit eam prudentissimam. Castitas autem ejus quam fuerit eximia ex eo luculentè perspicitur, quod ipsa sola delecta fuerit, ex cujus purissimis sanguinibus sincerissima Dei Sapientia sibi donum edificavit. Tu.

¶ Et ait MARIA: *Magnificat anima mea Dominum, et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. ¶ O quantæ mentis devotione! O quanto cordis affectu exclamavit MARIA! Magnificat.

LECTIO 6.

Si autem devotus Deo dicitur, qui aut promissione præstita, aut piæ cordis propensione Deo deditus est, non infimum inter virtutes ejus locum habet ejus devotio, quia Deo dedita in primis orationibus ardentè et perseverantè incubuit. Obedientiæ quoque Beatam MARIAM præditam fuisse nemo non dubitat, nam cognita Dei voluntate per Angelum statim ei se submittit. Paupertatem etiã impensè semper coluit, nam tota ejus vita pauperrima fuit. Fuit pietate præcellens, quam propensissimo affectu omni occasione exhibuit. Fuit denique patientissima et fortissima in adversitatibus omnibus, maxime quando juxta crucem Filii morientis invictò animo stabat. Tu.

¶ Quando peperit MARIA Filium suum primogenitum, *Pannus eum involvit, et reclinavit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diversorio.

¶ Ita pauper Virgo erat, ut ubi caput reclinaret, non habebat.—Pannus.—Gloria.—Pannus.

IN III. NOCT.

Ant. 1. O Virgo pauperrima, impetra nobis contemplantum totius mundi, ut habere possimus in celo divitias.

2. O Virgo patiens, da nobis patientiam in omnibus tribulationibus nostris.

3. O Mater charitatis Dei, et misericordiã plena, reple corda nostra amore et gratiã.

¶ Bonum est confiteri Regina cælorum.

¶ In decachordo psalterio cum cantico, in cithara.

Lectio 5. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 10. 38.

In illo tempore: Intravit JESUS in quoddam castellum, et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et reliqua.

Homilia Sancti Bernardi Abbatis.

Serm. 4. super salo. Reg. inter ejus opera.

Spiritus Sanctus magnificavit facere secum. Magnificavit, inquam, facere in te duo opera sua. Una erat dum dignam te fecit, quæ Dei Filium concipere posses, et parere: alterum, quando ex tua carne sancta ac digna carnem Filii Dei formavit. Fecit proinde te magnam et castam. Magnam planè fecit, ut immensum caperes: castam, quatenus dignè contineres. Magnam te fecit humilitate: castam virginitate. Tu.

¶ Fili, quid fecisti nobis sic! * Ecce Pater tuus, et ego dolentes quærebamus te. ¶ O Virgo patiens, quanto dolore et cordis angustia, Filium amissum quævisisti! —Ecce.

LECTIO 8.

Benedict. Cujus Beneplocia.

Itaque tu sancta, tu es castellum,

in quod JESUS intravit, habens turrim humilitatis (qui enim se humiliat, exaltatur), et murum virginitatis. Murum certè fortissimum quippè, qui nec ante partum, nec in partu, nec post partum potuit violari. Lapidis muri disciplina tua fuerunt, et continentia, sine quibus nunquam constans est virginitatis murus. In te duæ sorores fuerunt Maria et Martha, quæ Dominum susceperunt. Maria fuit intelligentia tua specialis, quæ Deum et Dei Filium esse intellexisti, quem genuisti: At verò Martha rationalis erat prudentia, quæ ei in Domino, Filioque tuo in carne servisti. Tu.

¶ Stabat juxta crucem JESU Mater ejus: * Et animam suam doloris gladius pertransivit. ¶ JESUS autem dixit Matri suæ: mulier, ecce filius tuus.—Et.—Glor.—Et.

LECTIO 9.

Commem. B. V. de Liberatione. Apud Pouget.

In Bajocensi Diocesi in Galliã Imago est Beatæ Virginis sub vulgari titulo de Delivranda, quem habet ex pago in quo accepit cultum. Hoc sacellum non longè à mari situm à Sancto Renoberto Episcopo secundo Bajocensi structum creditur ad finem sæculi quarti: quod postea anno octingentesimo trigesimo à Normandis, Hastingio duce, omninò destructum, servatã tamen et abscondã sacrã Imaginem, et post duo sæcula miraculo inventã, de novo excitatum fuit. Ad hunc locum ingens semper fuit fidelium accursus, ingensque devotio: undè innumera ibi sunt patrata miracula, inter quæ repentina à peste liberatio anno millesimo octingentesimo trigesimo secundo à Virgine obtenta, non inter minora est recensenda. Tu.

Te Matrem.

Ad Benedict. ant. Sicut turris

Libani, quæ edificata est cum propugnaculis: mille clypei pendentes ex ea, omnia armatura fortium.

CANON.

Ex Innocentio Papã Duodecimo. Const. 136. Cælest. muner. anno.

1696. Tom. IX. pag. 410.

464. Omnes et singulas indulgentias.... Confraternitati Sanctissimi Corporis Christi concessas.... ad Confraternitates sub titulo decem Virtutum, seu decem Beneplociarum Beatissimæ Virginis MARIE.... auctoritate apostolicã in perpetuum extendimus et ampliamus. Tu.

Ad Magnificat. ant. Sancta MARIA, castitate prior, prudentiã sapientior, humilitate dignior, fide sanctorum, devotione ferventior, obedientiã perfectior, perpetuatae humilior, patientiã fortior, charitate ardentior, dolore afflictior, omnibus virtutibus sublimior, intercede pro nobis.

DIE V. FEBR.

DE IV. DIE INFRA OCTAV.

Semiduplex.

Lectio. 1. Noct. servæ.

IN II. NOCT.

Ex verbis S. Boaventura Ep. Mediat. vite Christi. c. 11.

LECTIO 4.

Cum MARIA cum puero JESU, et JOSEPH intrasset in templum, emerunt duos tortures, aut duos pullos columbarum, ut offerrent pro eo, sicut pro pauperibus fiebat. Et ecce Simeon justus in spiritu venit in templum, ut, sicut responsum acceperat, videret Christum Domini. Cum autem festinanter venisset, vidisset eum, statim cognovit eum propheticò spiritu, et accelerans genuflectit, et adoravit eum inter brachia Matris. Tu. ¶

LECTIO 5.

Puer autem benedixit eum, et aspiciens Matrem inclinavit se, ostendensse velle ad eum ire. Quod Mater intelligens, quamvis admirans, porrexit eum Simeoni. Ille autem gaudent, et reverentur in ulnis suis cum recipiens surrexit, benedicens Deum, et dixit: Nunc dimittis servum tuum, Domine. De passione ipsius prophetavit. Supervenit et ipsa prophetissa Anna, et adorans eum, similiter de ipso loquebatur. MARIA verò de his admirans, omnia conservabat in corde suo. Tu. *ps.*

LECTIO 6.

Deinde puer JESUS extendens brachia versus Matrem, ad eum rediit. Postea vadit ad altare processione facientes, quæ hodie representatur per universum mundum. Procedunt alacriter illi duo senes, scilicet JOSEPH, et Simeon tenentes se per manus, et cum exultatione magnâ jubilantes, et psallentes. Sequitur Mater portans regem JESUM, et Anna sociat eam, vadens ex latere, cum reverentiâ jubilans, et ipsa gaudio indicibili laudans Dominum. Cum autem pervenerunt ad altare, Mater cum reverentiâ genuflexit, et obtulit dilectissimum Filium suum Deo Patri suo. Tu. *ps.*

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 22.

Postquam impleti sunt dies Purgationis MARIE secundum legem Moysis, tulit eum JESUM in Jerusalem, ut sisterent eum Domino. Et reliqua.

Homilia S. Laurentii Justiniani Ep.

In Purificatione.

Completo Dominus quadragenario post sui ortum dierum numero, ad

templum voluit materni brachii deportari, aviculis redimi, et grandævi Simeonis brachii sustentari. Hoc ipse, hoc ejus Mater immaculata perfecit. Venit et illa ad templum, ut purificationis mysteria celebraret. Nequaquam in hæc parte tenebatur sub lege, quippe quæ non ex virili semine, sed de Spiritu Sancto conceperat prolem. Tu. *ps.*

LECTIO 8.

Ut autem Deum veneretur in lege, formaque humilitatis ex hoc præberet per legem, legem voluit purificationis implere. Venit igitur ad templum, et secum quem genuit, gestavit Infantem. Ibi plene Prophetarum est edocta miraculis, ac de futurâ Nati passione præmonita, necnon sanctorum testimonio in fidei veritate roborata. Quod enim ex Scripturarum autoritate, seu ex revelatione didicerat, et memoriter retinebat, senis admonitione percepit, quatenus de mysterio fieret certa, et unici Filii sui manifestatione jucunda, atque in gentium vocatione devota. Tu. *ps.*

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. de Monte Martyrum.

Ex Monumentis.

Lulætiæ Parisiorum celebris Ecclesia est, nostra Domina de Monte Martyrum dicta, eo in loco structa, ubi Sanctus Dionysius primus Parisiensis Episcopus cum Presbytero Rustico et Eleutherio Diacono Martyrum subisse creditur. In subterraneo hujus Ecclesiæ Sacello et in Martyrum sepulchro, die assumptionis Virginis anno millesimo quingentesimo trigesimo quarto, Sanctus Ignatius de Loyola, et sui socii votis sub sacram synaxim religiosè conceptis se Deo in per-

petuum ingenti fervore consecraverunt. Inde est, quod in hæc Beata Virgini Ecclesiâ nata dicitur Societatis JESU Religio, quæ per universum orbem diffusa, in omnes gentes marianum cultum, fidei, doctrinâ, et miraculis propagavit. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Decreto S. Rituum Congreg. 14. Jun. 1608.—28. Maj. 1616. Tabl. 96.

165. Prima dignitas det candelam Episcopo in festo Purificationis Beate MARIE Virginis, et Episcopus det statim primæ dignitatis ante Vicarium generalem. Tu. *Vesperæ sequentis.*

DIE VI. FEBR.

DOLOR, B. V. IN SIMEON, PROPH.

Duplex major.

Omnia ut in die Purificationis.

IN I. VESPERIS.

Antiph. et capitul. de Laudibus.

HYMNUS 197. Markel.

Quem Simeon prædixerat,
Et Anna menti fixerat,
Doloris ensis stringitur
Quo cor tibi diffringitur.

Ex hoc doloris omine
Quo vis vocari nomine?
An Mater afflictissima,
An Martyr invictissima?

Tu Martyrum vocaberis
Regina, tu donaberis
Non liliis, non floribus,
Sed ense, sed doloribus.

Doloris hoc venabulum
Dat nominis vocabulum:
Telo doloris icteris,
Mater doloris diceris.

Ergò simul dolebimus,
Simulque tecum flebitus,
O Mater afflictissima,
O Martyr invictissima!
O Numen! O Divinitas!

In unitate Trinitas,
Fac ut doloris nubilum
Sit in perenne jubilum. Amen.
ps. Mater gladio transverberata.
ps. Propitius esto peccatis nostris.
Ad Magnif. ant. Filius, qui natus est tibi, morte morietur.
Orat. de Laudibus.

AD MATUTIN.

Invictor. Virgo Dei Genitrix,
Doloris gladio transfixa: Intercede pro nobis.

HYMNUS 198. Brev. Paris.
Dheu quot enses transadigit tum
Pectus! quot alius nata doloribus,
O Virgo! quem gestas, cruentam
Imbuet hic sacæ Agnus aram.

Christo futuro corpus adhaerens
Prædidit insons victimæ funeri:
Crescet profuso vir cruce
Omne scelus moriens piabit.

Sit summa Patri, summaque Filio,
Sanctoque compar gloria Flamini,
Sanctæ litemus Trinitati
Perpetuo pia corda culti. Amen.

IN I. NOCT.

De Epistolâ ad Hebræos.

LECTIO 1. c. 4. 1.

Timeamus ergò, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem ejus, existimetur aliquis ex vobis deesse. Etenim et nobis nuntiatum est, quemadmodum et illis: sed non profuit illis sermo auditus, non admistus fides ex iis quæ audierunt. Ingrediantur enim in requiem, qui credidimus: quemadmodum dixit: si introibunt in requiem meam: et quidem operibus ad institutionem mundi perfectis. Tu. *ps.*

LECTIO 2. c. 11.

Festinemus ergò ingredi in illam requiem: ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Vivus est enim sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio accipiti, et pertingens usque ad divisio-

nem animæ et spiritûs, compagum quoque ac medullarum, et discretor cogitationum, et intentionum cordis. Et non est ultra creatura invisibilis in conspectu ejus; omnia autem nuda et aperta sunt oculis ejus, ad quem nobis sermo. Tu. 5.

LECTIO 3.

Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit celos, JESUM Filium Dei: teneamus confessionem. Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ: ut misericordiam consequamur, et gratiam inveniamus in auxilio oportuno. Tu. 6.

IN II. NOCT.

De Epistola S. Paulini Ep. ad Sanctum Augustinum. *Epistol. 58.*

LECTIO 4.

De illis beatissimi Simeonis verbis quid sentias, edisserere mihi, ut sequar sensum tuum: quibus cum ad videndum ex oraculo Dei Christum, agente Spiritu, venisset in templum, et acceptum sinu benedixisset infantem Dominum, ait ad MARIAM: Ecce hic positus est in ruinam, et resurrectionem multorum in Israel, et in signum, cui contradicetur: et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur multorum cordium cogitationes. Nunquid de passione MARLE, que nusquam scripta est? An verò de materno ejus affectu, quo postea in tempore passionis assistens cruci, quæ hoc erat fixum, quod ipsa pepererat, maternorum viscerum dolore confixa est: et animam illius, quæ ejus secundum carnem filium, ipsa spectante, confoderat, crucis romphæa penetrabatur? Tu. 5.

LECTIO 5.

Secundum literam hoc mihi peni-

tus obscurum est, quia nec MARIAM beatissimam usquam legimus occisam, ut de corporali gladio sanctus ille ei futuram passionem prophetasse videatur. Sed et quod subjecti: ut revelentur multorum cordium cogitationes; scrutans enim, inquit, corda et renes Deus. Et de futuro judicio Apostolus ait: quia tunc manifestabit Deus opera cordium, et ocella tenebrarum. Item Apostolus spiritualiter exprimens arma caelestia, quibus in interiori debeamus ornari, gladium Spiritûs dicit verbum Dei, de quo ad Hebræos ait: vivus est sermo Dei et efficax, et penetrabilior omni gladio accipiti: percutiens, inquit, usque ad divisionem animæ et spiritûs, et reliqua, quæ nosti. Tu. 5.

LECTIO 6.

Quid ergo mirum, si istius verbi ignita vis, et accipitis gladii penetrabilior acies Beatæ MARLE animam pertransivit? Nam in ejus corpore ferrum transisse non novimus, atque, ut magis pateat, prophetam ferrum pro verbi gladio possuisse, statim subsequente versiculo ait: Sermo Domini ignivit illum. Sermo enim Dei et ignis et gladius est, verbo ipso Deo utrumque dicente de se: Ignem enim, inquit, veni mittere in terram, et quid volo, nisi ut accendatur? Item alibi dicit: non veni pacem mittere, sed gladium. Vides enim vim doctrinæ suæ sub diverso ignis et gladii nomine designasse: aut quomodo MARLE illata per gladium passio, aut tribulatio perstaret. Tu. 5.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum

Lucam.

LECTIO I. c. 2. 31.

In illo tempore: Dixit Simeon ad

MARIAM Matrem JESU: Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum. Et reliqua.

Homilia S. Amphilochii Ep. Iconiensis.

Oratio in Sanct. Deipar.

Cæterum quid Diva summæque laudabilis Virgo Mater ad ea quæ peragebantur? Sanè meritò sermones mirabatur. Conservabat verò ista cum prioribus in corde suo. Ad quam Simeon prænuntians, ait: ò columba dealbata, et innocens! O spem nostræ sanctum templum, in quo sanctitas omnis et magnificentia residet! Ille quem arcana tu ratione peperisti, hic ipse positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel, et in signum, cui contradicatur, et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Tu. 5.

LECTIO 5.

Enim verò quid lætis tristitia misceas, ò senex? Hactenus lumen et gloriam loqueris: nunc verò ruinam annuntias, Matrique, quæ concepit, gladium describis? Maximè, inquit, erunt omnia suo tempore: ruina quidem infidelibus, fidelibus autem resurrectio. Et in signum contradictionis, ut indicis virtutibusque terrarum orbem confiteremur, contendamusque. Cæterum animæ quoque Virginis erit quandoque suum tormentum à variis cogitationibus ingredientibus, et egredientibus. Tu. 5.

LECTIO 6.

Neque enim de minimis est sermo, sed de Deo, de consuetudine, legumque translatione, de mutatione hominum, de unione populorum, de concordia gentium, de adnatione linguarum, de indiviso religionis cultu, de tyranni destructio-

ne. Qui verò putandum, omnia hæc perfici, sine strepitu, et turbatione? Ideirò alii quidem ruinam patienter, mortificabuntur alii, atque futurum est, ut hi quidem contradicant novo signo, hi autem efficaci ejus virtuti succumbant, et cedant. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES.

et per Horas antiphonæ.

1. Fasciculus myrrinæ * dilectus meus mihi: inter ubera mea commorabitur.
2. Positus est * Filius tuus Christus in signum, cui contradicetur.
3. Omnis lætitia * mea ad illa verba in matrem conversata est.
4. Quando eum lactabam, de felle et aceto cogitabam, et quando fasciis involvebam, limes, quibus ligandus erat.
5. Memoria * memor eram verborum Simeonis, et tabescebat in me anima mea.

CAPITULUM. Hebræ. 4. 12.

VIVUS est enim sermo Dei, et efficax, et penetrabilior omni gladio accipiti, et percutiens usque ad divisionem animæ: ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, et discretor cogitationum, ac intentionum cordis.

Hymnus, ut in Laudib. dicit Purificationis.

6. Oculi mei replebantur lacrymis.

7. Et cor meum torquebatur dolore.

Ad Benedict. ant. Ille doloris gladius Virginis omni horâ tantò se proprius approximabat, quantò Fihio passionis tempus magis appropinquabat.

Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui per os Prophetæ tui Simeonis Genitrici Filii tui Virgini MARLE

gladium passionis prænantasti: tribue nobis memoria suae doloris commemorantibus, ipsa intercedente, in omni dolore remedium. Per eundem.

Ad Hor. antiph. capitul. Prima et orat. de Laudib. Cætera ut in die purificat.

Y. Y. br. Quæ doloris gladio transverberata fuisti.

CANON.

Ex D. Bonaventurâ Ep.
Spect. B. V. Lect. 4.

466. Gladius cæ Simeone prædictus acutissimam Christi passionem, sive morlem signal. Gladius corporalis animam nec occidere potest, nec vulnerare; sic acutissima Christi passio, licet animam MARLE per compassionem pertransivit, ipsam tamen nec per odium occidit, nec per impatientiam vulneravit. Tu.

In 2. Vesper. omnia ut in 2. Vesp. Purific. Capitul. Hymn. et Orat. ut in 1. Vesp.

Ad Magnif. ant. Silens dum audis, Virgo, prophetantis verba, cœpit te dolor, tenuit et pectus; tota pavebas.

DIE VII. FEBR.

DE VI. DIE INFRA OCTAV.

Semiduplex.

Lectio 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

Sermo S. Methodii Ep. et Mart.
De Simeone et Annâ.

LECTIO 4.

Decebat Dominum legis et prophetarum, ut juxta propriam ipsam legem conficeret, neque faceret irritam, sed potius impleret: ac dehinc legis termino gratiæ suæ principium adjungeret. Quamobrem legi superior Mater, se legi submittit: sanctæque illa, mundaque ten-

pus quadraginta dierum in pollutas consilululum observat: ac qui absoluti à lege, legi subjectus efficitur, offeriturque pro eo, qui nos sanctificavit, par avium mundarum in eorum lesimonium, qui mundi, inculpatique accedebant. Tu. Y.

LECTIO 3.

Quòd verò impollutus fuerit ille, paribus nec piacularibus hostiis obnoxius, testis est Isaias, diserjè universæ sub Sole terræ denuntians. Antequàm, inquit, aut parturiens pariat, aut antequàm venial labor pariendi, effugit, et perit masculum. Quis tale quid audivit? Aut quis simile vidit? Effugit ergo quæ sunt muliebra Sanctissima Virgo Mater, antequàm etiàm pareret: ut mirum Spiritu Sancto eam sibi jam ante desponsante et sanctificante, absque virili congressione conceperat. Tu. Y.

LECTIO 6.

Saliente verò sene, divinoque gaudio impensius exultante, quod antea per figuram Propheta Isaias fuerit vaticinatus, Sacra Dei Mater perspicuè re ipsa fecit. Accipiens enim ex puro, immaculatoque altari suo carbonem illum vivificum et inefabilem, carne indutum, sanclarum suarum manuum complexu, tantquam forcipe justo illi porrexit: ut mihi quidem videtur, ejusmodi sermonibus affata pariter et hortata: sume, senex honorate, sacerdotumque optime: sume Dominum tuâque illâ non viduâ spe et desolatâ frueri: suscipe thesaurum indefectibilem, divitiisque inauferribiles, vir generosissime. Tu. Y.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 9. c. 2. 22.

Postquàm consumati sunt dies pur-

gationis MARLE secundum legem Moysis, tulerunt JESUM in Jerusalem, ut sisterent eum Domino. Et reliqua.

Homilia S. Thomæ Archie. Valentini.

Conc. 2. in Purif. B. V. M.

Duo miranda: Paritas purificator. Redemptor redimitur. Et quæ obsecro necessitas purificationis? Ad quid tibi purificatio, ô Virgo, quæ Filium Dei de Spiritu Sancto concepisti, et Virgo immaculata peperisti? Partus Virginis est. Nativitas Dei. Quæ parit, Virgo est: qui nascitur, Deus. Nunquid contrahit maculam sol per radium, aut flos propter odorem? Sic flos ex virgâ Jesse, sic odor ex flore natus Christus. Non ibi muliebra, non ruptura, non macula. Tu. Y.

LECTIO 8.

Propter quid ergo Purificatio? Ad quid opus Filio circumcisio? Filius Virginis licet honorem deferret Matri, quemadmodum seipsum à circumcissione non exemit; ita nec Matrem à Purificatione exemit: nec dedignatur Virgo sacrata una esse è mulieribus; quoniam propter leges custodiam non dedignatur Filius tuus esse ex parvulis. Tu. Y.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Colonienensis.

Balingh. sub die 6. Febr.

Anno millesimo sexcentesimo sexto cœpit die sextâ Februarii magnâ hominum frequentia celebrari Beata Virgo Colonie in templo fratrum Carmelitarum hujusmodi ex causâ. Cum media hujus templi pars in seipsam collabescens columnas everfisset, ac contrivisset, columna tamen illa: cui appensa erat statua Beate Virginis MARLE, licet cum aliis eversis esset, ejusdem rationis, ac non minus quàm cætera, ruinæ exposita, integra nihilominus, illæ-

saque remansit: videlicet ab integrâ atque illibata Virgine, ut piè creditur ab omnibus, sustentata. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Decreto S. Rituum Congreg. 15. Sept. 1736. in Tolet. Tab. 4031.

467. Si Festum Purificationis Beate MARLE Virginis venerit in Dominicâ Septuagesimæ, vel Sexagesimæ in Ecclesiis dicatis sub titulo Annuntiationis, vel Assumptionis debet canari Missa Dominicæ tantum, nec faciendâ est Commemoratio Purificationis Beate MARLE Virginis. Tu.

Vesperæ Dupl. ut in 2. Vesper. Purific.

DIE VIII. FEBR.

B. M. V. DE DIVINO CONSILIO.

Duplex.

Omnia ut in die Purific. nisi transferatur.

Oratio.

Mentes nostras, quæsumus, Domine, Paraclitus qui à te procedit, illuminet, ut qui Matrem Divini Consilii celebramus, ipsâ intercedente, dono Consilii repleri possimus. Per Dominum... in unitate ejusdem Spiritus...

Lectio 1. Noct. de Ferid.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardi Abbatis.
Sermo in Nativitate B. V.

LECTIO 4.

Intuere, ô homo, consilium Dei, agnosce consilium sapientiæ, consilium pietatis. Cælestis aream rigaturus, totum vellus prius infudit; redempturus humanum genus, pretium universum contulit in MARIAM. Ut quid hoc? Fortè ut excusaretur Eva per Filiam, et quærela viri adversus feminam deinceps sopiretur. Nediteris ultra,

ò Adam: mulier, quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno vetito. Dic potius: Mulier, quam dedisti mihi, me cibabit fructu benedictio. Tu. *¶*

LECTIO 5.

Pissimum sanæ consilium, sed latet forsân aliud, nec totum hoc est. Verum id quidem, sed parum est, ni fallor, desideris vestris. Dulcedo lactis est, elicitur forlé, si forsiùs preminus, et pinguedo butyri. Alius ergò intemini, quanto devotionis affectu à nobis eam voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem possit in MARIA: ut proinde, si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis ab eâ noverimus redundare, quæ ascendit deliciis affluens. Tu. *¶*

LECTIO 6.

Hortus planè deliciarum, quem modò non afflaverit veniens, sed et superflaverit superveniens auster ille divinus, ut undiquè fluant, et effluant aromata ejus, charismata scilicet gratiarum. Tolle corpus hoc solare, quod illuminat mundum: ubi dies? Tolle MARIAM, hanc maris stellam, maris utique magni et spatiosi: quid nisi caligo involvens, et umbra mortis, ac densissima tenebræ relinquuntur? Tu. *¶*

IN III. NOCT.

Si hoc festum transferatur, dicitur Homilia de Com. pro duplicibus.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 22.

Postquam consummati sunt dies purgationis MARLE secundum legem Moysis, tulerunt JESUM in Jerusalem, ut sisserent eum Domino. Et reliqua.

Homilia S. Bernardini Senensis.

Serm. Purific. B. V. art. 1. c. 3.
Quarè non obtulit Virgo beata agnum, quæ paulò ante receperat à

Magis in oblatione, sicut piè credendum est, non parvam auri quantitatem? Dicendum, quòd Virgo beata, pietatis Mater, et paupertatis amica, thesauros regum devotione oblatos, absque morâ liberalissimâ charitate regionis illius pauperibus dispensavit. Neque potuit manibus ejus aliquid temporalis substantiæ adhaerere, quæ jam intellexerat intellectu illuminato, et in omnibus signis Filium paupertatis altitudinem demonstrare. Tu. *¶*

LECTIO 8.

Ad literam etiã potest quæri: cum una oblatio sufficeret, scilicet, aut turturis aut columbæ, maximè pauperibus, cur posuit Evangelista utrumque, scilicet secundum distinctivam ipsius legis, quæ inquit: duos turtures, aut duos pullos columbarum? Ad quod dicendum, quòd ad hoc potest mystica responsio dari. Nam utraque pars disjunctivæ est Christo et Virgini in mysterio decens. Tu. *¶*

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. de Tauro.

Camòs libr. 3. c. 8.

Oloto in Cathalauniâ Deiparæ Santissimæ Imago, quæ à Tauro, qui eam invenit, accepit vulgare nomen de Tura, in publico templo mirificum habet cultum, non solum die Nativitatis ejus solemnissimè ipsi sacrâ, sed etiã omnibus et singulis anni diebus et omnibus et singulis diei horis, ita ut vix ulla sit, in quâ nullus mariophilus ante hanc Virginis Iconem supplex non inveniatur: maximè cum advesperascit, fidelium accursus ad amacrescit: et hæc fuit semper Olotanorum pia consuetudo. Imago lignæ est, facie snffusa, aspectuque gravis: Sedet ipsa et sedentem puerum genibus sustinet; perantiqua creditur, nam sacellum ipsi dica-

tum ipso inventionis ejus anno parochiale templum fuit usque ad annum millesimum centesimum decimum nonum, in quo aliud parochiæ edificatum est. Altare inter magnifica putatur: prodigia ibi ingentia et plurima. Tu. Te Matrem.

Vesp. sequentis ut in 1. Vesp. Purificat.

DIE IX. FEBR.

OCTAVE PURIFICATIONIS.

Duplex majus.

AD MATUTIN.

HYMNUS 199. *Caryophyll.*

Quicquid amplexu mulier virili
Fuderit probris, quod hians vulvâ
Masculum prodit, jubet offerendum
Sanctio legis.

Jura si legis tibi cuncta cedunt,
Dicta si legis tibi nulla quadrant,
Quid facis Virgo? Puerum quid offers

Sedula JESUM?

Ergò non legem metuis, sed imples:

Masculos omnes redimebat agnus;
Omnis hunc agnus puerum notabat
Virginis agnum.

Sela tu turtur, puer agnus ille
Qui cadens mundi scelus omne tollit:

Turtures ergò valet una cunclas,
Agnus ut agnos.

Sit decussum sine fine Christo,
Sancta quem Virgo genuit MARIA,
Qui Patri compar Spiritui Sancto
Regnat in ævum. Amen.

Lectio 1. Noct. ut in die. Purif.

IN II. NOCT.

LECTIO 4.

Ex Martirolog. Gallicano sub die 9. Febr.

In Santonensi pontificali Ecclesiâ, Octava Purificationis Sanctæ MARLE, propter miraculum, quòd illic sic contingisse produnt sacra

ipius Ecclesiæ monumenta. Est in illâ præcipuâ Adæ allare Dei Genitricis antiquâ religione sacrum: statua antiquior, quam ob mira frequentis opitulationis insignia Beatam MARIAM de Miraculis jampridem cives appellitant. Accidit verò dudum intempeste noctis silentio cum alla quies urbem totam occuparet, repens nemine motante, aerea majoris ædis cymbala mirò concentus suavitate resonarunt. Tu. *¶*

LECTIO 5.

Quo insolito tinnitu xpergefacti sacri aediti, mox è strato surgentes templum undequaque luminibus coruscum conspiciunt, numerosumque hominum conventum augustâ illustratione et proce suavissimisque hymnis Virginem venerantem. Ad quem timido gressu accedentes, eum, qui tam celebris pompæ postremum decebat ordinem, rogant, ut cerei ardentis reliquum, quòd piis gestabat manibus, in tantum rei testimonium daret. Quòd ille præstitit. Tu. *¶*

LECTIO 6.

Cumque ea res primo diluculo Ecclesiæ primoribus, non tantum per custodes, sed etiã per multos cives, qui eam reru per ostiorum translucentes rimas viderunt, innotuisset, cererum inter sacras reliquias religiosè servandum mandarunt: atque ob tam novum prodigium hunc diem toti posteritati memorandum indixerunt. Tu. *¶*

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 22.

Postquam consummati sunt dies purgationis MARLE secundum legem Moysis, tulerunt JESUM in Jerusalem, ut sisserent eum Domino. Et reliqua.

Homil. S. Hildeph. Arch. Toletani. *In Purificatione B. V. Serm.*
 Perpendat unusquisque quantum obedientiam præceptis debeat divini purus et peccator homo, si tantum pro hominibus humiliari voluit totius peccati immunis Deus homo. Ut autem Deus unâ cum Genitrice suâ à præcepto legis immunes extiterint, noverimus: ipsum legis mandatum diligentius persequeremur. Mulier, inquit Deus, in lege, quæ suscepto semine peperit masculum, immunda erit septem diebus, et triginta tribus diebus manebit in sanguinis sui purificatione. Tu. ß.

LECTIO 3.

Cum ergo mulierem, quæ, suscepto semine, peperisset, immundam decernat, et per temporum spatia expiari jubeat; illam utique ab hæc excludit necessitate, quæ non de virili semine, sed de Spiritus Sancti conceptu obumbratione. Sed Dominus legis sponte se voluit subdere legi, ut nos à maledictio legis absolvaret. Similiter et inemerata ejus Genitrix, quæ se noverat nihil legi debere, humilitatis tamen gratiâ, legale voluit exequi præceptum, adimplens illud viri sapientis. Quantum magnus es, humiliate in omnibus. Tu. ß.

LECTIO 4.

Commemoratio B. V. Lætitiensis. *Balmgh. Kalend. Marian. 8. Sept.*
 In Gallia, in ditone Laudinensi visitur Simulacrum Deiparæ ab ipsâ datum. Cum enim sub annum millesimum catesimum trigessimum; quartum tres equites Sancti Joannis Jerosolymitani, patriâ Laudanenses, nobilisque ex Apiensi et Marchesiâ gente in Ægyptum appulissent, in horridum carcerem Cairi à Sultano conclusi sunt, atque ibi à Deiparâ multo lumine decorâ,

Angelorumque multitudine stipatâ invisuntur, à quâ et ejus statum ab ipsius manibus accipiunt. Quam ubi in Galliam admirabili Deiparæ auxilio essent reducti, in hoc tempore reposuerunt, ubi plurimis miraculis loci fama et religio adeo crevit, ut frequentibus omnium votis sacer hic locus adeatur. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex S. Ammone Ep. Adrianopoleos. *Concil. T. 3. p. 1. c. 4. pag. 123.*
 468. Clare patet in quantum impietatem prolabantur Ariani, qui Deiparam MARIAM iis sacrificiis, quæ pro puerperis ex lege mos erat, opus hubuissè asserunt. Tu.

Cum 2. Vesper.

DIE X. FEBR.

INCIPIT VITA CONTEMPLATIVA
B. M. V.

Deinceps non propriè dicuntur ut in communi Vita contemplativa.

DIE XI. FEBR.

B. V. SEPTEM SERVORUM.

Duplex.

IN I. VESPER.

HYMNUS 200. *Ex officio prop.*
 Præclara septem lumina
 Tusi micantis aeteris,
 MARIA Mater excitat,
 Ut luce laudis splendeat,
 Hos labra lacte perlita
 Servos MARIE nominant:
 Hos Virgo tum Senarios
 Adire colles imperat.
 Eosque Mater inclita
 Funebre pallio induit:
 Ut desleantur vulnera
 Quæ perlitit sanguis.
 Hoc ipsa cali è culmine
 Petro revelat Martyri:
 Jubelque cætum perpelem

Hinc posteris constitui.
 Qui famulentur jugiter,
 Ipsamque semper diligant,
 Colant, propagent, prædicent
 Ejus dolores flebiles.

Summo Parenti cõlitum,
 Magnæque proli Virginis
 Sancto simul Paraclyto
 Sit summa laus et gloria. Amen.
 Ad Magnif. ant. O magnum
 charitalis opus! Regina generis hu-
 mani septem Servis suis mirè ap-
 parens è mundo eos evocare, sin-
 gularitèr sibi seligere, lugubrem
 vestem induere, unâque cum po-
 steris in peculiare servos, ac fi-
 lios consecrare dignata est.

Oratio.

Deus, qui ad recotendam me-
 moriam dolorum sanctissimæ tuæ
 Genitricis novâ Servorum ejus fa-
 milia Ecclesiam tuam fecundasti:
 concede propitius, ita nos ejus
 compati doleribus in hæc vitâ, ut
 in alterâ perfruiamur et gaudiis.
 Qui vivis et.

AD MATUTINUM.

HYMNUS 201. *Ex officio prop.*
 Jam nimis terris facinus per omne
 Noxa regnabat sine lege aberrans,
 Inque peccantes superi tonabant
 Vindicæ dextrâ.

Quandò lugendis miserata satis
 Virgo septenos proceres coruscos
 Sanguine, et claros pietate multa
 Cœlitus accit.

Accit afflictis populis piandis
 A tot ærumnis, maculis, ruinis:
 Accit et semper sibi servituros
 Strenuo amore.

Veste lugubri induit, ut dolores
 Desfleant ejus, magè dum ferati
 In trabe infandâ perit cruentè
 Diva propago.

Filios rursus vocitavit omnes,
 Ut velut Matrem studiosè anantem
 Crederent ipsam, paria et referrent
 Pignora amoris.

Tunc quis exusit charitatis ignis
 Pectus ipsorum! Date, quæso, patres,
 Filios vestros paribus beatis
 Ignibus uri.

Tu Pater, præsta, tribue et Re-
 demptor,
 Tuque da nobis, Paracletesumme,
 Virginem Matrem colere, ac amare,
 Flerè et in avum. Amen.

LECTIO 1. *Noct. de Scriptur.*

IN II. NOCT.

*Ex officio proprio septem funda-
 tor. ordinis Servorum B. M. V.*

LECTIO 1.

Septem Patritii Florentini, sangui-
 ne illustres, sed virtutibus illu-
 striores, cum trigesimo tertio su-
 pra millesimum, ac his centesimum
 annum, Assumptæ Virginis festo,
 in sodalitiò quodam Dei Genitricis
 laudes exsolvent, ab eadem eis
 apparente inopinè moneri se senti-
 unt ad sublimioris vitæ genus,
 posthabito mundo amplectendum.
 Quod et sedulo fecerunt, nam ab-
 dicatis fortunæ bonis ac vilioribus
 vestibus cinerei coloris induti, in
 ruraltem parvam adem secesserunt
 natalitiò die Beate MARIE Vir-
 ginis, ut vitæ sanctioris primordia
 optime inirent, quâ die mortalibus
 orta sacratissimam vitam ipsa in-
 choaverat. Tu.

¶ Omnes isti congregati sunt
 venerunt, Domina, tibi. Et omnibus
 his velut vestimento vestieris. ¶ Et
 circumdabis tibi eos quasi sponsa.
 — Et.

LECTIO 3.

Cum verò in urbe visos ex ore
 infantium ac lactentium se MARIE
 clamari servos audissent, magis
 ex hoc amore erga Deiparam fla-
 grantes ut vitarent populi platum,
 in senarium montem, ap ipsâ eis
 præostensum habitaturi tende-
 runt. Ibi crucifixum JESUM, me-

stissimamque Matrem dolentes assidue cum recolerent, apparuit eis Beata Virgo, habituque lugubri assignato in memoria dolorum suorum, ut compaterentur istis, eos consecravit. Tu.

¶ Vocabo servos meos, et induam illos tunicā meā, et cingulo meo confortabo eos. * Et potestatem meam dabo in manibus eorum. †. Et erunt quasi Patres habitantibus Jerusalem.—Et.

LECTIO 6.

Ita cinereis vestibus in nigras mutatis, cum Beatus Petrus Martyr Florentiam accessisset, invocata Virgo ei revelavit, se viros illos septem, et qui venturi erant post eos inter mundi homines omnes ad singulare servitium suum se eligisse et commiserandis penis jam latis suis amarissimis constituendum ordinem esse ad sui honorem et gloriam. Hoc prodigioso Virginis decreto animali, septem Patres instituire sacrum Servorum ordinem decreverunt, non tam, ut primi eius fundatores, quam ut celestis suae fundatrix ministri obsequentes. Tu.

¶ Dabitur Iugentibus in Sion corona pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris: * Et vocabuntur fortes iustitiae, plantatio Domini ad glorificandum. †. Sacerdotes Dei vocabuntur, ministri Dei nostri,—Et voc.—Gloria.—Et voc.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 19. 25.

In illo tempore: Stabant juxta crucem JESU Mater ejus, et Soror Matris ejus Maria Cleophae, et Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia S. Bernardini Senensis.

Serm. 51. de Pass. Dom. p. 2. a. 1. c. 3.

Parum dixisti, o Evangelista; perfectis auribus aliquid majus dicere potuisti. Stabat, tu inquis, juxta crucem JESU Mater ejus, cum in ipsa cruce penderet: vel ei plus utique debes, quam reliquis, de quibus dicis, et Maria Cleophae, et Maria Magdalene. Lect. 8. Omnino illa plus ad crucem appropinquabat, quam quicumque alii: quia non solum juxta crucem stabat, verum etiam in cruce pendeat: de se enim in se nihil remanserat. Tota commigraverat in dilectum, et dum ille corpus, illa spiritum immolabat. Tu.

¶ Isti sunt viri misericordiae, quorum pietates non defuerunt: * Semen eorum, et gloria eorum non derelinquetur. †. Apparuit eis Domina Angelorum, et dilexit eos in visione, et in agnitione magnalium suorum.—Semen.

LECTIO 8. (Lect. 9.)

Sed quā parte stabat Virgo MARIA juxta crucem: utique ad sinistram Christi secundum Alexandrum de Ales, scilicet, ut pro peccatoribus Filium exoraret, qui à sinistris Domini sunt: aliter non verificaretur, quod in persona Christi pendens in cruce Propheta ait. Considerabam ad dexteram, et videbam, et non erat qui cognosceret me. Tu.

¶ Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris: * Et flores mei fructus honoris et honestatis.

†. Ego mater pulchrae dilectionis, et timoris, et agnitionis et sanctae spei.—Et flor.—Glor.—Et flor.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Cellensis. Ex Orsino et aliis. Templum est in Styria montibus

Beatae Virgini sub titulo de Celles, seu de Maria-Cella, vulgo de Maria-Zell dicatum. Initium habuit à quodam Monasterii Sancti Lambertii Monacho, qui ad evangelizandam illius regionis gentem missus medio duodecimo saeculo, sacellum Deiparae struxit, et in eo Imaginem, quam secum attulerat collocavit, etae multus claruit miraculis. Sequenti vero saeculo Henricus Moraviae Marchio, et ejus uxor Agnes, sanitate miraculo obtentā, aliud grandius exilarunt, quod post aliud ferē saeculum à Ludovico primo Hungariae rege intra templum, quod hodie extat, post reportatam super Turcas victoriam inclusum fuit. Ingens semper fuit ex omni Austria fidelium accursus, maxime à Viennensi urbe, quae mense maio solemnī supplicatione Virginem Cellensem adit. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES.

HYMNUS 202. Ex Offic. prop.

Matris sub almae Numine
Septena prolis nascitur:
Ipsa vocante, ad asperum
Senarii tendit verticem.

Quos terra fructus proferet,
Dum sacra proles germinat,
Uvis repente turgidis
Onusta vitis edocet.

Summo Parenti caelitem,
Magnaeque proli Virginis,
Sancto simul Paraclito
Sit summa laus et gloria. Amen.
†. Beati viri tui, Regina caelorum.

¶ Beati servi tui qui slant coram te semper.

Ad Benedict. ant. In vertice montium plantavit Regina martyrum vineam justorum, qui dolores ejus meditabuntur die ac nocte.

Oratio ut supra.

CANON.

Ex Benedicto Papā Undecimo.

Bull. Dum levamus. Bul. 2. §. 2. ann. 1303.

469. Nos qui ad Virginem ipsam Dominicam nostram libenter devotionem, quam possumus, exhibemus.... Regulam vestram, et ejus institutiones expressè auctoritate apostolica confirmamus, et etiam approbamus.... Tu.

Vesperae de sequenti.

DIE XII. FEBR.

FUGA B. V. IN AEGYPTUM.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Ant. et Capit. de Laudibus.

HYMNUS 203. Salla.

Simeonis ulnis solvitur
Vix Christus infans illius
Praefatus veritas,
Mox infans inolescere.

Is nemp̄ iniquis planxerat,
Scopum futurum speculis
Ob Filium, Matris fore

Transverberandum spiritum.
Reapse verum reddere
Rex hoc Idumes orsus est,
JESU ruinae moliens,
Scep̄tri pavescens emulum.

Hanc ut sagittam luderet
Cum Matre JOSEPH, Proleque,
Momentē caelo, patrum
Mutat solum nitotico.
Sic vita sese praeripit
Ab hoste cui dat vivere,
Cum Patre vivo et Flamine
Aeterna vivens aeterna.

Doctologia de Tempore.

Ad Magnific. ant. Surge, JOSEPH, accipe Puerum, et Matrem ejus, et fuge in Aegyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Oratio de Laudibus.

AD MATUTIN.

Invitator. JESUM cum MARIA et JOSEPH in Aegyptum à facie Herodis fugientem, Venite, adoremus.

HYMNUS 204.
 Dicim minans ut Parvulum
 Herodis arcus tensus est,
 Cor mucro jam propheticus
 Cœpit MARLE pungere.

Materna qui non læderet
 Tenella amore viscera
 In hunc Dei atque proprium
 Agnum necis minatio?

Illi, fuge, heus, perniciter,
 Dilecte mi, conclamati,
 Instar capellæ et hinnuli
 Montana supra aromata.

Veni, exeamus oppidis,
 Dilecte mi, ac agrestia
 Pelamus, inque rusticis
 Una moremur villulis.

Hanc ob fugam nos mentium
 Vitæm hostium, quæsumus,
 Noxæ fugâ, quemadmodum
 Viso colubro, præpeti.

Doxolog. de Tempore.

IN I. NOCT.

*Lectio. 1. Noct. ut in Dom. IV.
 Vita Activa. p. 267.*

¶ 1. Quid est, quod turbaris
 Herodes? Rex iste, qui natus est,
 non venit reges pugnando superare,
 sed moriendo mirabilius subjuga-
 re. ¶ Herodes videns, quoniam
 illusus esset à Magis, iratus est
 valdè.—Rex.

¶ 2. Consurgens JOSEPH accepit
 Puerum et Matrem ejus, * Et
 fugit in Ægyptum. ¶ Ecce positus
 est hic in signum, cui contradic-
 tur.—Et fugit.

¶ 3. O maxima tribulatio! *
 Recens natus è collo Matris pendens
 cum ipsâ Matre pauperculâ fugere
 cogitur. ¶ Debet fugere qui Sal-
 vator est mundi, Herode perse-
 quente.—Recens.—Gloria.—Recens.

IN II. NOCT.

Ex verbis S. Bonaventuræ Ep.
In meditat. vitæ Chris. c. 12.

LECTIO 4.

Cum ergo pergerent Sancti Sponsi

versus Nazareth, nescientes adhuc
 super hoc consilium Domini, et
 quòd Herodes pararet se ad necem
 pueri JESU. Angelus Domini apparuit
 JOSEPH in somnis, dicens ei,
 ut cum Puerò et Matre fugeret in
 Ægyptum, quia Herodes volebat
 animam Pueri perdere. JOSEPH
 verò evigilans et excitans Matrem,
 nullâ morâ contractâ voluit iter ar-
 ripere. Concessa enim sunt ad hanc
 vocem viscera ejus, et circa Filii
 sui salutem nolebat negligens in-
 venire. Tu.

¶ Fugis MARIA, prolis onusta
 caro pondere, * Et luminare solis de
 nocte vis abscondere. ¶ Ægyptus
 est asylus locus tuis amoribus.—Et.

LECTIO 5.

Ergo de nocte incontinenti cœperunt
 ire versus partes Ægypti. Conspecte
 et meditare, quomodo puerum JE-
 SUM dormientem elevant, et com-
 patere ipsis, et attende hic diligen-
 ter, quia multa et bona considerare
 poteris in presenti negotio. Tunc
 enim magna erat tribulatio Matri et
 JOSEPH, cum viderent Puerum ad
 occisionem quæri. Quid enim gra-
 vius audire poterant? Et erat eis in
 hoc tribulatio magna. Tu.

¶ O quæ doloris spicula! * Quæ
 figit Infans vagiens, inter fugæ pe-
 ricula! ¶ Juxta fluenti Nilii lique-
 scis in doloribus.—Quæ.

LECTIO 6.

Etiam in hoc erat tribulatio, quòd
 in terram longinquam oportebat
 eos ire, quam ignorabant, et per
 vias asperas cum essent inhabiles
 ad eundem. Domina propter ju-
 ventutem, JOSEPH verò propter
 senectutem. Ipse etiam Puer, quem
 portare habebant, vix erat duorum
 mensium, et peregrinari habebant
 in terrâ alienâ, et pauperes, quasi

nihil habentes. Omnia enim ista
 sunt afflictionis materia. Tu.

¶ Dolor his lacrymis meus elicitur:
 * Meus his lacrymis amor
 afficitur. ¶ Tecum pati laboro,
 tecum mori desidero.—Meus.—
 Gloria.—Meus.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum
 Matthæum.

LECTIO 7. c. 2. 13.

In illo tempore: Angelus Domini
 apparuit in somnis JOSEPH, di-
 cens: Surge, et accipe Puerum et
 Matrem ejus, et fugè in Ægyptum.
 Et reliqua.

Homilia S. Petri Chrysologi Ep.

De fugâ in Ægypt. Serm. 151.
 Reverentius diceret: vade in Ægyptum,
 ut esset profectio, non fuga;
 voluntas, non necessitas; judicium,
 non metus: humanum saltè si non
 divinum: ad nunc mandatur fuga,
 mandatur cœlitus, mandatur per
 Angelum, ut videatur cœlum timor
 ante tenuisse, quàm terram. Acci-
 pe Puerum, et Matrem ejus, et fu-
 ge in Ægyptum. In Ægyptum fuge,
 à tuis ad extraneos, ad sacrilegos
 à sanctis, à templo tuo ad dæmo-
 num fana: ad idolorum patriam è
 regione sanctorum. Tu.

¶ Egredere de terrâ tuâ, *
 de cognatione tuâ, * Et veni in ter-
 ram, quam monstraverò tibi. ¶ Ac-
 cipe Puerum et Matrem ejus, et
 fuge in Ægyptum.—Et veni.

LECTIO 8.

Sic Judæa non sufficit latitudo,
 sic angustatur sæculi diffusa posses-
 sio, non capit secretum templi,
 Sacerdotum turba non suscipit,
 non abscondit numerositas investi-
 gabilis cognatorum, ut ad Deitatis
 latebras profana Ægyptus condu-
 catur: sic res urget, sic non vacat
 inlueri verecundiam Virginis, la-

borem matris, sextus pudorem, pe-
 riculum JOSEPH, longinqualitas
 fatigationem, exilium totius domus,
 et quod his durius, Judæos pere-
 grinaturos in gentibus: quibus nec
 ipsa est communitio, imò est profun-
 dum legis transgressione nau-
 fragium. Tu.

¶ Ecce Dominus ascendet super
 nubem levem, * Et ingreditur
 Ægyptum, et commovebuntur si-
 mulacra Ægypti. ¶ Fuge in Ægyptum,
 et esto ibi usque dum dicam
 tibi.—Et.—Gloria.—Et.

LECTIO 9.

Quàm dura est perigrinatio etiam
 inter cives, fratresque! Sapit quod
 sit sua domus, qui sentit alienam:
 et ubi est illud: Domine, refugium
 factus es nobis? Et, Deus noster,
 refugium et virtus? Si refugium
 fugit, si timet virtus, si præsidium
 migrat, quæ vita, quæ spes, quæ
 securitas, quod munimen? Eliæ
 contra insidias liberi regis vidua
 sufficit: Christo contra Herodis capti-
 vi minas Judæa tota non sufficit.
 Elias missus ad cœlesti igne consumi:
 Christus solâ fugâ fit salvus.
 Tu. Te Matrem.

AD LAUDES

et per Horas Antiphona.

1. Missus est * angelus ad JO-
 SEPH, et dixit ei: accipe Puerum et
 Matrem ejus, et fuge in Ægyptum.

2. Fuge, * quia Herodes quærit
 Puerum ad perdendum eum.

3. Herodes * iratus est valdè,
 quia illusus fuit à Magis.

4. Et accepit * Puerum et Ma-
 trem ejus, et fugit in Ægyptum.

5. Fugit * à facie persecuten-
 tis, ut salvaret animam suam.

CAPITULUM. Isai. 19. 1.
 Ecce Dominus ascendet super nubem
 levem, et ingreditur Ægyptum,
 et commovebuntur simulacra